

Nobilitate quidem formaeque nitore nitebat;
Ingenii fontem rivum sermonis habebat.

- 5 Cumque foret locuples, cum largus et inde fuisset:
Nulla fuit probitas cuiquam, quam non habuisset.

Fervida sol fervens premeret dum terga leonis,
Idibus Augusti corpus tumulatur Odonis.

Unmittelbar darauf folgt: 'Vivere non possum', vgl. Bd. XV, 401, und nach diesem die Schmähverse:

Felix expertus exemplo femina quid sit,
Quique suos aliquo suffigit¹ arte dolos.
Femina vicit Adam, victus fuit arbore quadam.

Im Ganzen 37 Verse, mit dem Schluss, welchen Wattenbach Münch. Sitzungsab. 1873, p. 709 anführt. Vgl. Hauréau, Mélanges p. 172 f.

XI. Epitaphium Lugdunensis Hunberti.

Artibus, ingenio, maturis moribus olim
Iste bonus, melior, optimus esse cadit.
Mente senex, annis iuvenis, famosus ubique
Pro meritis, claris clarior ortus avis.

- 5 Res amplas fortuna dedit, natura decorem,
Sed neque fastus ei, nec decor obprobrium.
Lugduni natus studuit moriturus apud nos:
Illic assumpsit, exiit hic hominem.

XII. Epitaphium utriusque Marcelli.

In terra terror Marcellus et unus et alter
Hic iacet: ambo duces; hic avus, ille nepos.
Consilio, cruce, vi: concives, furta, tyrannos:
Rexit, correxit, stravit uterque potens.

XIII. Epitaphium cuiusdam puellae.

Annis, forma, re: fervens, celeberrima, dives
Proh dolor intrat humum frigida, turpis, egens.
Haec humilis fastus fugiebat, iurgia mitis;
Mens erat interius candida, fama foris

- 5 Sepe puella ioco, semper matrona pudore
Hoc annis, illud moribus ista dabat.

XI. (gedruckt Revue de philologie 1845 I, 414. W. W.) fol. 8a II.

XII. XIII (gedr. Revue de philologie 1845 I, 414. W. W.) fol. 8b I.

1) 'aliquo suffigit' unverständlich W. W.; vielleicht 'aliqua suffigit' H. B.